



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De regina Theitbirga quæ causa religionis à regia dignitate discedere  
voluerat. xlix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



*De viro qui sine uxoris permisso monasticam vitam  
susceperit. Cap. XLVIII.*

**A**gathosa latrix presentium, quæta est maritum suum  
contra voluntatem suam in monasterio vrbici abba-  
tis esse conuersum. Quòd quia ad eiusdem abbatis cul-  
tam & inuidiam non est dubium pertinere, experientia  
tuz præcipimus, vt diligenti inquisitione discretiat, ne  
fortè cum eius voluntate conuersus sit, vel ipsa se mutare  
promiserit. Et si hoc repererit, & illum in monasterio per-  
manere prouideat, & hanc sicut promisit mutare compel-  
lat. Si verò nihil horum est, nec quoddam fornicationis  
crimen propter quod viro licet uxorem relinquere, prædi-  
ctam mulierem commisisse cognoueris, ne illius conuer-  
sio uxori relicta in seculo fieri possit perditionis occasio,  
volumus vt maritum suum illi vel si iam tonsuratus est red-  
das, omni excusatione cessante. Nam si excepta fornicationis  
causa virum uxorem relinquere nulla ratione con-  
ceditur, quia postquam copulatione coniugij viri atq; mu-  
lieris vnum corpus efficitur, non potest ex parte conuer-  
ti, & ex parte in seculo manere.

*Ex v. c. g.  
Greg. ad  
Adrium  
notariū,  
cap. 80.]*

*De regina Thietbirga, quæ causa religionis à regia  
dignitate discedre voluerat. Cap. XLIX.*

**S**cripsit nobis Thietbirga regina, regia se velle di-  
gnitate seu copula exui, & solam priuata vita esse con-  
tentam desiderare. Cui nos scripsimus, non hoc aliter  
fieri posse, nisi eandem vitam coniux eius Lotharius elegerit.  
Et post pauca: De retroacta cōtrouersia Thietbirga nō  
debet vltius ad iteratam responsionē promoueri. Quòd  
qui bene semel definitum est, & interpositis iuramentis de-  
leberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis vbi fuerit  
maior autoritas, retractari.

*Ex epist.  
Nicolai  
papa ad  
Caro. um  
regem.*

*De Lothario rege, qui uxorem suam incustodia detinebat. Caput L.*

**V**erum sicut multorum relatu didicimus, Lotharius  
rex conuentum celebrare disponit, & Thietbirgam  
reginam examini proprio & iudicio subiicere meditatur.  
Et si quidem eam præstigiis falsitatis suæ potuerit exhibere,  
quasi non fuerit legitima sua vxor, vult eā penitus à se  
sequestrare. Sin autē, vult eam tanquam propriam uxorem

*Itē eius-  
dem.*